



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. L. de dispensatione super defectu ætatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

ceptis dignitatibus & præbendis in Cathedralibus, ac principali in collegiatis, idem Garcia p. 7. c. 2. num. 71. qui subjicit in beneficii impetratione non esse faciendam mentionem dispensationis jam factæ per not. Rebuffid. tit. num. 63. 12. Et ita fuit resolutum in una Burgen. Abbacie 1. Junij 1584. coram D. Blanchetto. Cæteram adverte, quod Episcopus dispensare potest cum illegitimi ex quoocumque coitu, etiam damnato ad minores, & beneficium sine cura glo. & DD. c. 1. de filijs Presb. Non tamen super pluralitate beneficiorum, neque ad majores ordines, & beneficia curata neque ad dignitates, vel personatus etiam sine cura, neque denique in Canonicatibus Ecclesiarum Cathedralium, sed requiritur in his dispensatio Papæ, ut sigillatim docet D. Garcia d. c. 2. num. 47. & seqq. 13. Hujusmodique dispensatio est ostendenda ordinariis inquirentibus Per. Gregorij tract. de benef. c. 25. num. 12. 13.

Filius Presbyteri) Vide Covar. tit. de sponsat. & matrim. cap. 8. Cæterum pius V. revocavit, seu annullavit legitimaciones de naturalibus spuris factas in præjudicium venientium ab intestato, & vocatorum ex testamento, dummodo non sint fortitæ effectum, deincepsque revocat, facultatem legitimandi in præjudicium vocatorum ex testamento, & disponendi de bonis tam Ecclesiasticis, quam patrimonialibus, non tamen hospitalibus expositorum, & orphanorum, ut latius in ejus constit. edita 5. die Martij 1572. anno Pontificatus 7. videre est.

*Argumenta in Reg. XLIX. INNOCENTII VIII.
qua est L. PAULI V.*

- | | |
|---|--|
| 1. Dispensatio super defectu natalium, vel ætatis nulla est, nisi gratia specialiter sit facta super dispensatione. | 6. Sufficit tamen quod quadantenus operentur. |
| 2. Talis presumitur responsio qualis fuit petitio. | 7. Gratia super defectu ætatis fit in duobus annis. |
| 3. Princeps unico verbo non intendit evincere jura multis vigiliis elucubrata. | 8. Papa conferendo minori beneficiū facta mentione dispensationis, non censetur dispensatus. |
| 4. Hæc Regula concernit expeditionē litterarum, idcirco non est danda. | 9. Gratia non faciens mentionem dispensationis, quoad illum habetur pro nulla. |
| 5. In quacumque dispensatione etiam restringibili verba debent aliquid operari. | 10. Stylus Curia semper attendendus est |
| | 11. Restrictiva quam solet dare Papa in dispensatione ætatis ad Cathedralē. |
| | 12. In |

12. In quibus casibus Princeps promovendo inhabilem præsumatur cum illo dispensare.
13. Gratia facta minori vel bastardo est odiosa & strictè interpretanda.
14. Gratia super beneficiis & dispensationibus strictissime interpretanda.
15. In gratia Papæ nihil debet esse super vacaneum.

Regula xlix. Innocentii viii.

DE DISPENSATIONE SUPER DEFECTU ÆTATIS

Item quod per quamcumque signaturam in quavis gratia nullatenus dispensatio veniat, nisi dicta gratia totaliter effectum dispensationis huiusmodi concernat, vel aliter nihil conferret, vel operetur: & si super defectu ætatis sit dispensatio huiusmodi, de duobus duntaxat annis dari valeat, habita prius per testes idoneos, vel alias informatione quoad hoc de idoneitate personæ cui dicta dispensatio conceditur.

GLOSSEMA ALPHONSI.

A *I*sta Regula dicit, quod per quamcumque signaturam in quavis gratia, nulla dispensatio veniat nisi super dispensatione principaliter sit facta, alias nihil operetur: & si dispensetur super defectu ætatis debet Cancellarius dare de duobus annis tantum concessi sibi alias de idoneitate personæ, hoc dicit. Pone exemplum: si minor xx. annis, vel bastardus dicit se minorem, vel bastardum, & impetrat beneficium curatum à Papa, tunc in primo vel in secundo casu Regula, si Papa dicit, fiat ut petitur, non propterea videtur quod Cancellarius debet dispensare cum isto, nisi sicut dicitur in exceptionibus, & ratio dubitandi est, quia ex quo exprimitur defectus & Papa respondet ad petita videtur ex hoc dispensare: quia talis præsumitur responsio qualis fuit petitio c. Inter dilectos de fide instru. per text. & glo. ideo videtur Princeps dispensare arg. l. quidam consulebant ff. de re jud. Sed ratio dicendi fuit, quia Princeps non concedit ea quæ sunt stricti iuris **B** unico verbo; ne videatur destruere iura multo viginti condita unico verbo arg. leg. si quando C. de inoff. test. & l. precipimus C. de ap. & ista Regula concernit exceptionem litterarum, ibi, per quamcumque signaturam & c. ideo non debet dari ad producendum in iudicio; quia non annullat actum & non dirigitur iudicibus. Item es 4

Haec regula non illud quod fundatur iure: quia dicitur quod in quacunque dispensatione
 D etiam restringibili verba debent aliquid operari. c. si Papa de privil. lib. vi. cum similib.
 tamen sufficit quod operentur aliquem effectum etiam si ille effectus non sequatur in to-
 tum illud quod verba sonat. hoc fundatur hic. & hoc facit glos. not. in c. si duo r. resp. de
 procur. lib. vi. quam not. ibi Domin. ad hoc: & pro hoc etiam facit quod ipse dicit in c. ei
 qui de preben. lib. vi. in vi. v. col. & allegat etiam illam glos. ad limitationem d. c. si
 Papa, etiam sa. glo. in verbo occupantis in eo c. ad hanc Regulam quam etiam ibi not. Do-
 min. Camera tamen expedit bullas super tali signatura: id est sic cautus, quod ibi facias
 expediti: quia Rota neque aliquis iudex non curat nec debet curare de signatura Papae:
 sed de bullis ut dicit Regula Cancellaria, & superius dixi. non tamen foret contra iusti-
 tiam, immo consonum iuri, quod si aliter expeditur bulla, quam hic exprimitur, quod
 daretur commissio per placet quod confito de supplicatione, & de hac Reg. Auditor non
 haeret fidem dicte bullae, sed dubito quod signaretur sine favoribus.

COMMENTARIA. IO. A CHOKIER.

A De duobus annis tantum) Et sic in xxiii. anno poterit dispensari, ut
 minor curatum obtinere possit: & hodie ista Regula (inquit Rebuffus
 in praxi tit. de dispensat. ratione aetatis nu. 10.) servatur in legationibus, sed coram 7
 Papa, si constitutus in xviii. anno impetret beneficium exprimendo aetatem,
 & Papa respondeat in signatura, fiat. & cum derogatione Regula: tunc dispensatus
 censetur dispensatus etiam si sit minor xv. annis, & hoc ratione derogationis
 Regulae. Quod si nullam fecerit impedimenti aetatis mentionem, nequaquam 8
 illud beneficium retinere potest, sed infra sex menses resignare ei permittitur,
 nulla tamen sibi reservata pensione ex resolutione S. Congreg. Interpretum
 Consilij Trid. ad c. 12. sess. 24. etiam supposita scientia minoris aetatis, videli-
 cet quod Papae fuerit talis minor ostensus, & quod ex aspectu corporis talis ap- 9
 paret, quia stylus Curiae in hoc attendendus est: (etiam in omnibus alijs Curijs
 & extra statum Ecclesiasticum existentibus, Rota apud Farinacium dec. 196.
 nu. 2. part. 1. in Novis.) talis autem hic stylus est, ut quando Papa dispensat cum 9
 aliquo, quod hoc expressè dicat, & fiat de eo diploma Oldrad. conf. 328. nu. 6. &
 7. Semper enim stylus attendendus est, adeò quod etiam littera reputetur fal- 10
 sa, in qua stylus, & consuetus modus scribendi non extitit observatus Oldrad.
 d. conf. 328. Si autem Papa dispensat super aetate ad canonicatum in Cathedrali,
 solet dare hanc restrictivam: Si canonicatum, & praebendam huiusmodi orato- 11
 ri ante xxii. aetatis suae annum conferri contigerit, cum primum illorum pos-
 sessionem assecutus fuerit, litterarum studio in aliqua universitate approbata seu
 Collegio,

Collegio, aut Gymnasio, donec ad xxii. ætatis huiusmodi annum pervenerit, actu incumbere debeat, nec interim stallum in choro, nec vocem in capitulo ipsius Ecclesiæ habere possit *vel istam*: Et cum decreto, quod dictus orator cum primum xxii. ætatis suæ annum attigerit, ad subdiaconatus ordinem, & si canonicatus, & præbenda præacti alios sacros ordines requirant ad illos ætate legitima sibi suffragante ex tunc proximè successivis futuris temporibus à iure statutis se promoveri facere omninò teneatur: alioqui præsens gratia nulla sit, ipsique canonicatus, & præbenda huiusmodi vacant in eo ipso.

B *Ideo videtur Princeps*) In quibus casibus Princeps promovendo inhabilem ad dignitatem, præsumatur illum dispensare, videatur Mascardus *tract. de probat. vol. 3. conclus. 1236.*

C *Quo sunt stricti iuris*) Nam gratia facta v. g. minori, vel bastardo est odiosa, & strictè interpretanda: tum propter naturam gratiæ, tum propter conditionem personæ, propter naturam gratiæ, quia quæcumque gratia super beneficiis & quæcumque dispensatio strictissimè interpretatur, c. 1. §. *fin. de filiis Præb. 1014. 6. ubi Franc. nu. 4. Felii in c. si. de Simonia Gutierrez lib. 2. Canon. q. c. 15. nu. 127.* & proinde de uno casu ad alium etiam majorem rationem habentem extendi non debent, Gutierrez *d. loco nu. 124. Garcia de Hen. p. 1. c. 6. nu. 58. ubi multos allegat.* tum propter conditionem personæ, quæ de jure communi, est inhabilis ad talem gratiam Oldradus *conf. 325. incip. Thema questionis tale*: tamen de jure communi, & cessante hac Regula, si Papa ei qui minorem, vel bastardum se dixit, beneficium conferat, ususque sit Papæ etiam verbo dispensamus, videtur illum dispensare, per not. Bald. in l. Imperialis §. *similes C. de Nuptiis Rebuff. in praxi de dispensat. vers. contrarium communiter tenetur nu. 11. alias secus Oldrad. conf. 326. col. 2. d. conf. 328.* Cæterum an Episcopus dispense super ætate scripsi supra ad Reg. 17. *De ætate nu. 17.* An autem possit contra Decreta Conciliorum dispensare, aliaque in quibus Episcopi eorumque Vicarij dispense, consule D. Io. Gutierrez *lib. 1. Canon. q. ibi passim.*

D *Verba debent aliquid operari*) Maximè Papali, ubi neque una syllaba vacare debet glo. in verbo tanquam in c. *Solita de Maior. & obed. Staphil. de lit. grat. tit. de Vi & potestate clausul. §. 1. nu. fin. Pnt. decis. 56. in fin. lib. 1. Rota decis. 221. ann. 25. part. 1.*